3<sup>o</sup>. Fons Blandi seu Bliandi vel Bleandi, non vero  
Fons bellaquens, prout quidam perperam scribunt | Non-  
taine Bland: | Oppidum quatuordecim leuis a Luta-  
tia versus Meridiem, una cum magnifico et amplo  
palatio regio. Nomen habere videtur a fonte et  
quodam veteri loci Domino et possessore, qui Blandus  
seu Bliandus, vel etiam Bleandus nuncupabatur.

Palatium, quavis ex variis aedificiis, quae a pluri-

bus Regibus variis temporibus sine ordine et analogia simul  
iuncta fieri, constat; haec tamen confusio quidpiam ita  
magnum et majestaticum exhibet, ut videntium admi-  
rationem excitet. Locus inamoenus, necnon arido inter  
colles, et laeva depressio situm est, nemisque ingens et con-  
spicua pascuum ipsi nemorum, quibus iungatur, locus est,  
in quo cum maxima ferarum multitudo versatur, inde  
fit, ut Reges sociis huc veniant venationis captaturae delecta-  
tionem. Adhuc etiam horti amplii et speciosi, qui  
loco huic amoenitatem quandam conciliant.

Oppidum ipsum videtur procul dubio ab eo tempore exor-  
ditum sumisse, quo Reges huc aliquamdiu demorari coeperunt.  
Ajunt Ludovicum XIV. primum Versaliam se conferret, con-  
tinuis huc loci vesedisse.

21. 1778.

§. IV.

De Tractu Vastiniis.

Tractus Vastiniis: le Gastinois: Olim Pagus Vastinensis  
dictus, nomen habere videtur à vastitate, quod in eo vasta  
sint nemora, solumque arenosum et inultum. Dividi-  
tur in Aurelianensem et Francium, de isto huc agimus,  
cujus situs est circa Lupiam: le Loing: fluvium. In eo  
occurrit

1.º Nemosium, seu Nemosinum, vel etiam Nemosum  
: Nemours: Urbs prope Lupiam: le Loing: quatuor milia-  
ribus à Fonte Blaudi et octiduum à Parisiis. Olim Nemus  
appellabatur, quod in Nemore Fontis Blaudi colorata esset,  
ex quo nomine dein Nemosium Latine, et Gallice Nemours  
natum est: at postmodum magna hujus nemoris parte  
excisa modo Nemosium situm habet nemus istud inter  
et Montargis: Montargis: Sylvam intra duos colles  
ex isto loco, in quo Caesaris aetate Civitas Graecae erat.  
Sensim ea oppido urbs facta est, ubi à Ludovico XII. anno  
1507. una cum Tractu suo à Comitatus dignitate, quam  
initio Saeculi XV. à Carolo VI. acceperat, in Ducatum erecta  
est. Denique defuncto sine masculo herede ultimo  
Nemosii Duce Ludovico XIV. Ducatum hunc ad se revocavit,  
necnon fratri suo Philippo tradidit; cuiusque modo possidet  
ejus abnepos Dux Aurelianensis.

Nemosii bina sunt Ecclesia parochiales, una in ipsa Ci-  
vitate, altera in ejus Suburbio. Adhuc etiam duo Me-  
nialium Monasteria. Illius commercium consistit  
in frumento, farina, vino, et caseo, p.

2.<sup>o</sup> Cortinacum, seu Curtinacum, vel etiam Cortanacum, seu Cortanacum |:Cortinay:| Urbis enigma Montargium inter et Senones sita una cum veteri Castro supra collem collocato. Jam ab anno 1000.<sup>mo</sup> proprios sui que nominis habuit Dominos, quorum genealogia ad nostram usque aetatem celebrata fuit.

3.<sup>o</sup> Castellis ad Lupiam |:Chatillon sur Loing:| Urbis sic dicta ad distinctionem aliarum ejusdem nominis Francie urbium, haud magna civitas in amoena tamen valle quatuor miliaribus à Montargio sita cum castello in medio edito loco castra ipsam collocato. Habet Ecclesiam Collegiatam sub nomine S. Petri, in qua Archiepiscopus Senonensis omnes prebendas et officia confert, ut et Monasterium Monialium SS. Sacramenti. Ludovicus XIV. an. 1696. eam una cum Tractu suo Ducatum dedit.

§. V.

De Tractu Meduntino.

1779 22.

Tractus iste, gallice le Mantois, porrigitur à Franco S. Germani usque ad confinia Normanniae. In eo notatur

Janum S. Germani, seu S. Germanus in Ledià Sylva |:S. Germain en Laye:| Urbis enigma quatuor leucis à Lutetia versus Occidentem non procul à Sequana, ubi haec ad Septentrionem flectitur, una cum magnificentissimò Palatio Regiò, cui Sylva voluptaria est contigua. Opinio est hanc urbem nomen suum accepisse à Monasterio quodam à Rege Roberto Septingentis circiter abhinc annis ibidem sub nomine et patrocinio S. Germani constructo.

Populosa admodum est, ejusque aedes peroptima et perpulchra sunt, vixque magni usum commode intersesti. Variis, etiam palatiis eo, quo Rex Galliae huc Regiam tenuit, tempore à Regis Ministris aliisque Nobilibus viris constructis ornata est. In ea unica est Ecclesia parochialis, et monasterium Fratrum Minorum S. Francisci collectorum; itam conventus Ursularum. Monasterium vero Augustinianorum discalceatorum Logiarum |:Des Loges:| dictum in medio Sylva collocatum est.

Castro seu Palatium Regium juvenidissimam et opportunissimam totius Galliae praebet habitationem, sive propterea speciosa ipsius conelavia, sive propter magnificum, qui ei contiguus est, hortum ad Sequanam usque porce-

tum, sine denique propter Sylvam, quae ipsi propinqua est; aër quoque hic saluberrimus est, nonnon animadversum fuit, homines ibi longævam ducere vitam.

Castri hujus seu palatii prima fundamenta, jecit Rex Carolus V. Franciscus I. ibid. novò ampliarit aedificiis. Henricus IV. in apice montis et propius ad Sequanam aliud Castrium construere curavit, quod Castrium novum | Château neuf | appellatum est; nonnon hortos ad fluvii hujus ripam usque propagavit. Ludovicus XIII. variis ornamentis ibid. decoravit. Denique Ludovicus XIV. qui ibidem 5. Septembris an. 1638. natus perhibetur, ibid. inter alia, quinque structure quadrata aedificiis | Barrubons | aedificavit.

Hic Jacobus II. Angliae Rex an. 1689. Regnò à subditis suis exturbatus una cum conjugè et liberis recessit, atque diem supremum obiit 16. Septemb. an. 1701. Corpus ejus Parisios translatum ac inhumatum fuit in Ecclesià Monialium Valisgratia | Val de grace | in S. Jacobi Suburbio.

23. 1820.

#### §. VI.

#### De Tractu Volcaffino.

Tractus Volcaffinus, alius etiam Vaccaffinus, at Valcaffinus, seu Vulxinum et Vexinum | Le Vexin | dicitur cum titulo Comitatus.

Olim Tractus iste pars Normanniae erat, at Ludovicus IV. cognomento Transmarinus, qui circa medium Saeculi X. rebus gallicis profuit, atque an. 954. vitam posuit, partem ab eo audivit et Insulae Granica adscripsit, nonnon Tractum Volcaffinum francicum dicitur voluit ad distinctionem Normannicam\*.

\* Sunt, qui contrarium tenentur, atque dicunt omnem hunc Tractum olim Insulae Granica praeter, factum fuisse, et prius in Ludovico IV. de Normannia bene tractur, partem ab eo audivit et Normanniam adscripsit fuisse.

Ejus limites sunt ad Orientem Isara | Oyse | ad Meridiem Sequana; ad Occidentem Epta | Epte | quae ibid. à Vulxino Normannico separat; et ad Septentrionem Ager Bellocacensis | Le Beauvaisis | In eo notatur Fontisara | Contoise | Urbis. Nomen habet à ponte super Isaram strato, ad cuius terminum in Julivi collis parte sita est. Sen Lewis à Lutetia distat versus Cauren. à Castro supra collam positò defenditur. Vetusissimè nomen est Brivisara seu Briviasura juxta Antonini itinerarium; et secundum tabulas veteres Brivaisara, quod idem est ac Contisara; Brive enim antiquò Gallorum idiomate dem est ac pons;

\* Sequester | Vibius | nomen Isara, teste Vibio Sequestro\* in suis de fluminibus Tractatu, etiam in Oesiam seu Esiam mutatum fuit,

unde gallicum Oise. Plumen istud Inisa quoque dic-  
tum fuit, prout habemus ex auctore anonymo vita S. An-  
dræ, qui Saeculo VIII. scripsit.

Abest hinc Ecclesia Collegiata S. Mellonis prius Rotho-  
mageni. Episcopo Lava à Philippo pulchro an. 1286.  
fundata, in qua etiam hujus Sancti corpus an. 830. Con-  
tisarum abatum quiescit. Hinc etiam sunt duo pa-  
rochia una S. Maclovii, altera S. Andree. Item con-  
ventus Fratrum Minorum S. Francisci discalceatorum.  
Denique Monasterium Benedictinum S. Martini an.  
1050. ab Arnalrico primo ipsius Abbate fundatum.

Urbis ista an. 1442. 16. Septemb. ab exercitu Caroli VII.  
assulta Anglis crepta fuit. An. 1561. Regni Coni-  
tia hinc celebrata sunt. An. 1720. 21. Julii Ludov-  
icus XV. dato Decreto Senatuum seu Parliamentum Parisi-  
ense hinc transtulit, et eodem anno 16. Decemb. De-  
mus Parisios revocavit.

betius Dictionarium  
geographicum de flu-  
viis, fontibus, fluminibus,  
montibus, Sylvis, et po-  
pulis, p. quod primum  
Mazochius, Jacobus  
Roma an. 1505, post  
Aldus Manutius, et  
denique Franciscus  
Happelius una cum  
Luijet et Hadriani  
Rolandi annotatio-  
nibus Rotterodami  
an. 1712. in 8. lucis  
publica fecerunt.

§. VII.

24.

De Agro Bellovacensi.

Agri ista seu Tractus olim pars erat Bricardia, sed jam  
à pluribus annis ab ea avulsus est; uniusque limites  
habet ad Septentrionem ipsam Bricardiam; ad Occiden-  
tem Valsinum Northmannicum, à quo Epta | C'Epte: |  
fluvius eum separat; ad Meridiem Valsinum Fran-  
cicum; et ad Orientem Comitatum Sylvanctensem  
| Le Bailloyes et Comté de Senlis: | à quo per Isaram  
| L'Oise: | distinguitur.

Antiquitus in hoc Tractu seu Agro sedem habuere Bel-  
lovacii populi, quos Caesar memorat semper 60000. ho-  
minum exercitum paratum habuisse, namon, ubi opus  
fuisse, 100000. adducere potuisse. In eo notatur

Bellovacum | Beauvais: | illius Metropolis, à qua Trac-  
tus ipse seu Ager Bellovacensis | Le Beauvaisis: | dictus  
est. Hujus Urbis vetus nomen haud notum est. Caesar,  
postquam illam occupasset, Cesaro Magnum sibi voluit,  
quod nomen ipsa tamen postmodum deposuit apud Bel-  
lovacii populi nomine, atque Bellovacum nuncupata  
est. Posita est ad ripam Thava | Therin: | fluminis  
16. leuis à Parisiis versus Meridiem, totque à Rotho-  
mago versus Occidentem. Solum habet haud injurem-  
dum, pars una Thava fossas ipsius implet, altera Opi-  
ficibus, qui in lana, ex qua panni cailes conficiuntur,  
laborant, deservit. Admodum munita foret, ni-

si feminae undique ei montes insiderent. *Bradagium*  
*Virgo* nuncupatur, quod nulli hostium unquam succumben-  
rit. Omnes feminae illius vici venusti sunt et recti.

Habet Episcopum Archiepiscopi Rhenensis Suffra-  
neum, qui utraque jurisdictionem civilem nempe  
et Ecclesiasticam tam in civitate ipsa quam per totum  
ejus tractum, qui Comitatus Caritatis titulo decoratus est,  
exercet.

Comitatum hunc an. 996. Rogerius Comes Blesensis  
filius et Belovacensis Episcopus Ecclesiae sua dono dedit.

Primus illius Episcopus fuit S. Lucianus, qui circa me-  
dium Saeculi III. floruit.

Anno 1196. Richardus Anglia Rex et Normannia Dux  
hujus civitatis, qua tum adhuc Normannia attribueba-  
tur, Episcopum adversus ipsum rebellantem cataphra-  
tum seu lorica indutum cepit; cuiusque Summus Pon-  
tiffex Romae ad eum scripsisset, ut suum in Christo fi-  
lium missum faceret, Rex misit, qui hujus Antistitis  
loricam ad eum deferrent simulque dicerent: Hanc in-  
venimus, vide, utrum tunica filii tui sit. Genes. 6. 37.  
v. 32.

An. 1561. Cardinalis Castellionus hujus civi-  
tatis Episcopus ad Calvinistarum partes deficiens Ecclesi-  
am suam vehementer afflixit.

Præter Ecclesiam Cathedralam, qua magnifica est, plu-  
res adhuc Ecclesiae hic sunt, inter quas sex Collegiatae, et  
triduum parochiales numerantur. Adhuc etiam  
tres Abbatis, una Benedictinorum, in cujus Ecclesia  
corpus S. Luciani primi Belovacensis Episcopi quiescit,  
unde et Monasterium S. Luciani dicitur: Altera  
S. Quintini Panonicorum Regularium S. Augustini Con-  
gregationis S. Genoveva: Tertia S. Symphoriani olim  
Benedictinorum, nunc à Patribus Missionis habitata.  
Item Conventus Franciscanorum, Dominicanorum, Gu-  
lanorum seu S. Francisci de Paula, Capucinorum, Monia-  
lium S. Clarae, Ursulinarum, Canoniarum Hospitala-  
riarum. Monasteria SS. Luciani, Quintini, Sym-  
phoriani, et Capucinorum extra muros urbis collocata  
sunt. Duo etiam adhuc Nosocomia.

Belovaci varia memorantur celebrata Concilia: ut  
an. 845. praesente Rege Carolo Calvo. an. 1114. sub Conone  
Episcopo Bracensis et Summa Sedis Legato, in quo Hen-  
ricus V. Imperator excommunicatus est. Idem Conon  
duos adhuc Synodos ibidem celebravit, scilicet an. 1120.  
et 1124. Ludovicus VII. cognomento Junior et Gius

Gravina Rex hic etiam Concilium an. 1161. coegi curavit con-  
tra Antipapam Victoram, qui Alexandro III. legitimo  
Pontifici oppositus fuerat.

Anno 1443. Angli urbem hanc frustra obsiderunt. Nec  
felicius fuit Carolus cognomento Audax Dux Burgundia  
an. 1472. quamvis 80000. hominum haberet exercitum;  
valente hac ultima obsidione mulieres Bellovacenses  
praesente Joanna de Sericula |; Joanne d' Hachette |  
Strenuorum animorum egregia adhibere specimen, at-  
que, inter alia, hostibus veritatem eriguerunt; in hujus  
magnanimi facinoris perpetuam memoriam in pro-  
cessione, qua singulis annis die 10. Julii instituitur,  
mulieres viros praecedunt.

1870. 25.

§. VIII.

De Valensio.

Valesium seu Valosium, vel etiam Valensio, item  
Ager Valensius |; le Valois |; olim Bricardia pars nunc In-  
sula Gravina. Limites habet versus Septentrionem  
Agrom Suevionensem; versus Orientem Campaniam;  
versus Meridiem Briam et Inulam Gravinae proprie  
Britanniae; et versus Occidentem Agrom Bellovacensem.

Tractus iste, qui alias Comitatus Dunstanat erat, ho-  
die Ducatus titulo gaudet. Olim Comitatus Vadensis  
nuncupabatur à Castro, cui nomen Vadum |; Vê |;  
quod Comites illius Domini incolebant, atque Crespi-  
um |; Crespy |; inter et Villarium |; Villers-Coste-Raz |;  
situm est.

Comitatus hic seu Ducatus à Saulo X. proprios spe-  
cialesque suos Dominos habuit. at cum circa finem  
saeculi XII. horum Comitum et Dominorum prosapia  
tam virilis quam sequioris sexus in Elisabetha Phi-  
lippi ab Alratia Glandria Comitis conjugis defuisset,  
et penitus extincta fuisset, tunc Philippus Augustus Co-  
mitatum hunc corona, cuius feudum fuerat, demum ad-  
iunxit. Saeculo XIV. Philippus cognomento Audax Co-  
mitatum hunc tradidit filio suo Carolo patri Philippi,  
qui postmodum subicit an. 1328. extincta in Carolo IV.  
Stirpe Capetingana sub nomine Philippi VI. Valensii  
|; de Valois |; Rex Galliae salutatus fuit. Extincta de-  
in an. 1588. in Henrico III. Valensiorum familia Galliae  
regnum 2. Augusti an. 1589. ad Domum Bourbonicam  
pervenit, in qua hodiernum adhuc persistat. Denique  
Saulo protestante hunc Comitatum seu Ducatum Philip-



alii tamen volunt S. Proculum primum hinc Ecclesia profuisse. Cathedralis Ecclesia Campanila inter altissima totius Gallia computatur, necnon altitudine sua editissimos regionis hujus montes superat, conspicuumque suum ad septem et octo miliaria gallica protendit. Tam in ipsa Civitate, quam in Suburbis sex numerantur Ecclesia parochiales, et prater Cathedralem, Ecclesia Collegiata.

Hic etiam varia Synodi habita fuerunt, et an. 883. cui presedit Hincmarus Archiepiscopus Rhemen- sis, in qua Rothadus Suevionensis Antistes depositus, et in Monasterio quodam reclusus fuit. An. 900. in qua Carolus Dux Lotharingia excommunicationis sententia perclusus fuit, quod Episcopum Laudunen- sem captivum detineret. An. 1310. occasione Templariorum. An. 1315. adversus Petrum de Lati- lo: De Latibii: Episcopum Catalaunensem et Regni Cancellarium, quod causa diceretur mortis Philippi Regis, et Joannis de Castello. Et denique anno 1402. occasione Schismatis inter Summos Con- tifices Bonifacium IX. et Benedictum XIII.

In hac urbe habita sunt an. 1462. Regni Comitum, in quibus confirmata fuit Lex Galica, vi cujus femi- na carumque consanguinei a jure Suevionis Regis excluduntur. Hic etiam an. 1493. pax conclusa fuit inter Maximilianum Imperatorem et Regem Fran- cia: ~~inter et Godefridum, Principem, et inter et Godefridum, Imperatorem, an. 1549.~~ Eam quoque Godefridi: Les Liguistes: obsiderunt, quibus- cum Dux de Longavilla: Longueville: praelium inuit.

3<sup>o</sup>. Compendium: Compiègne: Urbs ad Ivram:oise: ubi hinc Arnonem: L'Arme: in se suscipit, septem leuis a Sylvanestis, septendecim a Lutetia, quin- que a Novioduno, octo a Suevione, et duodecim a Bellouasi distans. Nomen suum a Romanis ha- bet. Cum Carolus Calvus eam de novo edificaf- set suo nomine Carolopolim: Chalevide: vocari- jussit: at postmodum vetus nomen suum denovo- asumpsit, quo et etiam nunc vocatur.

Eius Castellum omnium fortis totius Gallia Castro- rum vetustissimum est, in quo Clotarius I. anno 561. diem supremum obiit. An. 876. Carolus Calvus Castellum hoc extra urbem de novo extrui curavit;

\* Hoc nomen venie- bant Francia Catho- lici, qui contra Hen- gonotos et Henri- cum IV. foedus unio- sancta ab ipsi non- cupatum inter se pepigere, quod du- ravit ab anno 1576. usque ad an. 1593. quo Henricus IV. abjurato Calvinis- mo fidem Catholi- cam amplectens est.

est  
mult  
at. by  
ta. in  
a. fon  
tation  
in, quod  
viri  
a. foto  
in qua  
in fa  
ia. pe  
etiam  
ne hic  
ylos hor.  
an. 1549  
vato.  
quam  
in exi-  
et hinc  
ionibus  
an. insi  
in qui  
ati me  
abris a  
tur no  
data  
anatum  
in exi-  
is ante  
in fuit  
si; de  
os appu  
ontur;

10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

S. Ludovicus aliud ejus loco excitavit, quod Ludovicus XI.  
Franciscus I. pp. ampliavit et ornavit.

In hac Urbe duo numerantur Ecclesie parochiales  
S. Jacobi una, altera S. Antonii; una Collegiata,  
que S. Clementis dicitur; Monasterium Benedic-  
tinum sub nomine S. Cornelii à Carolo Calvo fundatum,  
ibi sepulti fuere Ludovicus II. et V. Conventus Do-  
minicanorum à S. Ludovico edificatum. Jesuita  
etiam ab an. 1653. huc habent Collegium. Adest  
quoque Nosocomium à S. Ludovico fundatum.

Hic etiam varia fuere celebrata Conilia, ut an.  
757. in quo 18. Canones plerumque de Matrimonio agen-  
tes conditi fuere: item an. 833. in quo Ludovicus Pius  
trium suorum filiorum conspiratione, et Episcoporum  
ibidem congregatorum sententia coronam deponere  
compulsus fuit. annis quoque 1085. 1261. 1277.  
1301. et 1329.

Celebris quoque Joanna De Arcâ, alias Quella Ave-  
lianensis dicta, huc ab Anglis capta Rothomagum  
abducta fuit, ibique velut Saga igni addita et con-  
sumta. Ganonus etiam Cardinalis Niccolous | Ri-  
chelian: | an. 1624. cum Godefridis Belgii Ordinibus huc  
foederis pepigit.

Non procul à Compendio erat perampla et venusta  
Sylva ad venationem aptissima. Olim Sylva Cotia  
sive Cozia | Cuise: | nuncupabatur; at modo nomen istud  
antiquatum est, quamvis pagus Cotia | Cuise: | dicitur  
Camp. Urbem hanc inter et Suepionem adhuc superit.

26. 290.

§. IX.

#### De Agro Suepionensi.

Agro Suepionensis | Le Soissonnois: | olim pars Bi-  
cardie erat, at postmodum ab eâ avulsus Insula Fran-  
cie attributus est. Limites ejus sunt ad Septen-  
trionem Tractus Laudunensis, ad Orientem Campa-  
nia, ad Meridiem Bria, et ad Occidentem Valerius  
Ager. Partem includit legionis illius, quam anti-  
quitus Suepiones populi possidebant, quorum Casar  
in suis Commentariis meminit. Invenitur feracissi-  
mus est vivetisque et nemoribus abundat. In eo  
notatur præcipue Urbs

Suepis | Soisson: | à qua Tractus seu Ager nomen su-  
mit; ampla et populosa Civitas ad ripam Isara | Oise: |  
Supra quam ponte strato à Suburbio ad eam fit tran-  
situs, in amena et fertili valle sita, 18. leuis à lu-

13  
tatiā. Galli, priusquam Romani eā potirentur, illam  
Noviodunum dicebant: postmodum sub Octaviano Augusto  
Romanorum Imperatore, mutato nomine, Augusta  
Suessionum nuncupari coepit. Ptolomaeus eam Αὐγού-  
στα Σουεσσώνων nominat; post Sueffione, Sueffionis,  
ac denique simpliciter Sueffio dicta fuit, quod nomen  
adhuc hodie retinet.

Romanorum Imperatorum aetate hic palatium erat  
in quo ipsi interdum morabantur, et ut de prima stirpis  
Francica Regibus, qui Sedem suam in hac urbe collocarunt,  
nihil commemoramus, certum est ibidem sub Ludovico  
6<sup>to</sup> prope S. Medardi Monasterium Regium fuisse pala-  
tium. Illud, quod nunc extat, et in quo an. 1728. iustis  
pacis inter Imperatorem Carolum VI. Galliam, Hispaniam,  
Angliam, Hollandiam, &c. congressus fuit celebratus,  
antiquo ritu et forma edificatum est, ejusque late-  
ra rotunda et densa turres stipant. Praeter Cas-  
trum hoc aliud adhuc erat extra urbis moenia ad ripam  
Isarae collocatum, in quo Sueffionum Reges residebant;  
illius adhuc extant vestigia quaedam, quae produnt, illud  
amplum, et pro eā, quae excitatum fuit, aetate fuisse  
magnificum; in illius ambitu Benedictinum S. Me-  
dardi Monasterium fundatum fuit. Adest

etiam aliud Monialium ejusdem Ordinis et institu-  
ti Monasterium sub nomine et invocatione B. V.  
Mariae ante 1000. et quod caesit, annos à Praefato  
Domino Ebrovini fundatum.

Hujus Urbis Episcopus est primus Archiepiscopi Rhe-  
mensis Suffraganeus, jureque gaudet Metropolitana  
Rhemensi Sede vacante Reges Franciae consecran-  
di; prout factum est in unitione S. Ludovici, et Lud-  
ovici XIV. Floret hic etiam Academia Scientia-  
rum viginti constans membris Parisiensi foedere  
juncta, et à Ludovico XIV. an. 1674. litteris patenti-  
bus an. 1675. in tabulas Senatus seu Parlamenti Pa-  
risiensis relatis confirmata.

Varia etiam hic memorantur celebrata Concilia:  
An. 744. hic viginti tres Episcopi convenere. anno  
853. alterum habitum est Concilium praesente Carolo  
Calvo, in quo res Eucharisticorum illorum, quos Ebro-  
Rhemensis Archiepiscopus ordinaverat, examinata fue-  
runt, Ebro ipse Sede sua pulsus, eaque thimmaro  
delata, quod multis turbis, atque alii etiamnum

Præcolum conventui, qui an. 866. coactus est, causam præ-  
 buit. An. 941. hinc convenere aliquot Episcopi li-  
 tem Hugonem inter et Astaldum de Archiepiscopatu  
 Rhemensi contententes definituri; priori Sedes hæc af-  
 fecta fuit, ipsæque consecratus. Manages Rhemen-  
 sis an. 1078. et Reinaldus item Rhemensis an. 1094.  
 Concilia hic habuere, in quibus Roscelinus, hinc errores  
 rejicit et damnavit, de quo meminit S. Anselmus.  
 Conon Prænestina Episcopus et S. Sedis Legatus hic Conci-  
 liis an. 1137. et 1140. celebratis præsedit adversus Petrum  
 Abaelardum. An. 1155. hic Provinciae Rhemen-  
 sis et Senonensis Episcopi conventum egerunt, ut varia  
 legum negotia et causas pertractarent ac disponerent,  
 nempe is, qui Ecclesiastica aequè ac Sæcularia bona  
 invadebant, obisterent. Rigordus etiam memorat  
 an. 1210. vel, ut alii volunt, an. 1202. hæc convenisse  
 Brasules, ut causam Philippi Augusti, qui Ingebur-  
 gam conjugem suam repudiavit, definirent: ut prius  
 quam ipsi hæc de re deliberare coepissent, dea conju-  
 ge accepta et recepta clam et in insalutatis se sub-  
 duxit ac discessit.

27. 1097.

§. X.

De Tractu Laudunensi.

Tractus Laudunensis: Le Laonnois: olim Picardia  
 modo autem Junula Francica pars. Limites ejus sunt  
 ad Septentrionem Tirasia: Tirasche: ad Orientem  
 Campania, ad Meridiem et Occidentem Ager Suevio-  
 nensis. In eo occurrunt

1.º Laudunum seu Lodunum: Laon: Caput Trac-  
 tus eique nomen tribuens, urbs supra editum montem  
 collocata sub 24. gr. 1. min. longit. et 49. gr. 30. min.  
 latitud. cum Castellis. Munitionibus novâ arte com-  
 paratis destitutum situs tamen munitissimam efficit;  
 nempe olim velut totius Francie propugnaculum ha-  
 bebatur; de câ differens Guibertus Noyingentanus  
 1.º de Noyent: Abbas illam Regni Caput, Regie ambi-  
 tionis thalamum, et unicum hæc ætate propugna-  
 cum nuncupat. Optime edificata est, vicisque  
 habet venustos, et illius putei, quamvis non admo-  
 dum profundi sint, sufficientem tamen aquam in  
 celis suppeditant. Aër quoque salubris hinc spi-  
 rat. Multi Reges hic regiam habuere, modo in  
 eorum palatio Urbis Diocætera. Sessiones suas celebrant.

\* in gestis Dei per Fran-  
 cos, quod opus Lucas  
 Haucherius Ord. S. Be-  
 ned. Congreg. S. Man-  
 ni adhibet. Parisiis an.  
 1651.

9  
Hic Episcopus Titulo Ducis et Paris Francie gaudet,  
quamvis Rex ipse vobis hujus vobis et immediatus sit  
Dominus. In antiquis monumentis invenimus  
eam Legidunum Clavatum fuisse nuncupatam.

Sub Romanorum imperio admodum incelebris erat,  
ut quo non nisi Rhenensis Ditionis Oppidum esset.  
S. Remigius Rhenensis Antistes eam à sua Dioce-  
si avulsit circa an. 515. necnon primum ibi Epis-  
copum constituit S. Genobaldum, quod Hincma-  
rus in suis epistolis memorat.

Præter Cathedralen in eâ adhuc tres numerantur  
Ecclesie Collegiate SS. Joannis scilicet, Genoveva,  
et Juliani. Item duo Monasteria Benedictina  
S. Vincentii nempe et S. Joannis; prius fundavit Brun-  
negilda Regina Sigeberti Austriæ Regis conjux,  
alterum S. Salabergis sub Attilone hujus civitatis  
Episcopo. Et Abbatia S. Martini Ordinis Bemon-  
tratiensis.

Adest etiam Monasterium Monia-  
cium Monstrolium | Montruil les Dames | dictum  
Ordinis Cisterciensis, in quo aservatur copia Sudarii  
S. Veronicæ faciem Christi referentis an. 1249. ab  
Urbanò IV. dum adhuc Innocentiò IV. Capellanus esset,  
ad ipsam missa cum hac Slavonica inscriptione Obraz  
Gospòden naoubrous, id est Imago Domini in  
linteò.

Ludovicus XI. hujus Urbis incolas à vectigalibus im-  
munes fecit, quo privilegio adhuc hodie gaudent.  
Vigente sacro foedere Dux Meduana | Le Duc de  
Mayenne | eam subegit: at an. 1594. ab Henricò  
Magnò obsessa et capta fuit.

Sicunt aliqui Landunum esse urbem illam que  
à Casare lib. 2. c. 9. et 6. de Bello Gallico Bibrax nuncupatur.

2<sup>o</sup> Noviodunum, alias Noviomagus, Nojonum,  
Noviomagus Veromanduorum, Noviodunum seu Neo-  
dunum Belgarum, Noviodunum seu Neodunum  
Suessionum, Noviomagus Vadicapinum, et Castel-  
lum Noviomacum | Noyon | Urbis vetustissima et  
latis ampla, necnon quatuor Suburbis instructa,  
atque ad commercium opportunè sita. In eâ 4500.  
numerantur Incola. Loco versus meridiem medi-  
ocriter edito collocata est, ad ripam exigui fluvii Vor-

3  
Sa | Vorse | qui leuco quadrante ab eâ Jare immer-  
gitur, viginti duobus miliaribus à Lutetiâ colloca-  
ta est.

Habet Sedem Episcopalem Metropoli Rhemensi  
Subjectam ex Veromanduanô | Vermandois | an. 531.  
à S. Medardô hinc translata. Idem Episcopus  
Comes est et Bar Francie. Eusebiam Cathedralem  
Sijimus et Carolus Magnus ejus filius edificavere.  
Præter eam octo adhuc Ecclesie parochiales hinc nume-  
rantur: Duo Monasteria unum ibidique antiquius,  
quod S. Eleuti nomen fert atque à Benedictinis Congre-  
gationis S. Mauri possidetur, ab ipso S. Eleuto vel fun-  
datum vel saltem ampliatur, necnon ipsius tumulo  
celebre factum: alterum S. Bartholomæi an. 1064.  
à Balduino I. Norodunensi Episcopo erectum atque  
Canonicis Regularibus S. Augustini traditum. Adhuc  
etiam Franciscani et Capucini. Xenodochium S.  
Joannis Saeculo XII. fundatum curant Moniales ordi-  
nis S. Augustini. Urselina quoque hinc habent  
Conventum. Sub finem præteriti Saeculi hinc  
pariter introducta fuerunt Sorores S. Familia, qua-  
rum interest mulieribus solitudinem aligentibus sub-  
venire, juvenesque puellas institvere. In hunc eun-  
demque finem sunt hinc etiam duo vel tres foeminae,  
quibus sub nomine Beginarum jam à longô tempore  
de sustentatione provinum est.

Civitas hæc multis calamitatibus olim pene oppressa  
fuit. Cesar multo labore eam subegit. Saeculo IX.  
Normanni eam occuparunt et expilarunt Jmonem-  
que tum temporis ibidem Episcopum. Secum abduxerunt  
captivum. Saeculis XI. XII. et XV. senies abivit in  
flammas. Durante Saeculo foedere mox à Catholicis  
mox ab Hugonotis expugnata fuit, donec tandem  
an. 1594. Henrico Magno cepit. Hic an. 1516. Fran-  
cisum I. inter et Carolum Austriaum conventio ini-  
ta fuit.

Eam quoque celebrem reddidere. Specialibus aliquot  
eventibus tres Regum Francie Stirpes. Ex primâ Stir-  
pe Chilpericus II. hinc an. 721. sepultus fuit. In se-  
cundâ Carolus Magnus ibidem an. 768. coronam Regni  
adepus est. Et ex tertiâ Hugo Capetus an. 987. hic  
Rex electus et salutatus fuit.

Hic etiam an. 1509. 10. Julii natus perhibetur Jo-

4  
20  
annes Calvinus, qui postmodum Calvinus dicitur voluit.  
Ecclesie ministerio manipatus, primum Capellam ha-  
bit in Ecclesia Cathedrali, postea Pontis Episcopi  
|: Pont L'Evêque:| Carthusus factus, tunc sectam in-  
venit in Ecclesiam, quae ab ipsius nomine Calviniana  
dicta est, et cui plures tunc in Gallia tunc alibi  
adhæserunt, necnon atrocium dissidiorum et bello-  
rum semina jecit. Ipse Calvinus tandem Geneva  
|: Geneve:| decessit à vitâ 22. Maji an. 1564.

### Capitulum II.

De Provincia Aurelianensi.

Provincia Aurelianensis |: L'Orleanois:| Sita est cir-  
cum Ligerim, quae idam perficitur ac in duas fere a-  
quales dividit partes, Septentrionalem Scythiam et  
Meridionalem. Ejus limites sunt ab Oriente pro-  
vincia seu ager Lugdunensis, Ducatus Burgundia, et  
Campania; à Septentrione Insula Francia, et  
Normannia; ab Occidente Britannia; et à Meri-  
die Guienna. Fertillissima est, unde et  
Francia Granarium vulgò nuncupatur.

Illius tredæim numerantur minores provincie  
seu Tractus, quos singulis §§. exhibemus.

#### S. I.

De Provincia seu Agro Aurelianensi.

proprie et specialiter sic dicto.

Hujus Provincia seu Agri, quem Galli L'Orleanois pro-  
pe nuncupant, exiguus est Tractus. circa Ligerim ad  
Orientalem totius Provincia partem situm habet. in  
eo occurrunt

Aurelia seu Aurelianum |: Orleans:| totius Provincia  
Metropolis, et maximis jucundissimisque totius Regni  
civitatibus facile adnumeranda Urbis triginta duobus  
Milliaribus à Lutetia, octodecim supra Blasam |: Blois:|  
et triginta quatuor à Turonibus |: Tours:| distans, in  
amœnâ planitie ad borealem Ligeris ripam sita, ad  
quam ab hujus annis aquilonari ripâ secundum arcum  
lapidibus quadrato ponte transitur. Per vetusta  
civitas Romanis sub nomine Genabi nota. Illius li-  
tus amœnitate et commoditate impulsus Aurelianus  
Imperator eam amplificavit, atque suo nomine Aureli-  
anum seu Aurelianum dicitur voluit.

Ab Atilâ Hunnorum Rege an. 450. perperam obessa  
fuit, et sub Romanorum potestate remansit, donec  
Clodoveus Francorum Rex Sigis, qui tunc ibi pro Ro-

188. 28.

188. 29.